

ORATIO

*Dicenda ante officium, id est, ante Matutinum.*

Aperi, Domine, os meum ad benedicendum nomen sanctum tuum, et ad laudandum et invocandum sanctissimam Genitricem tuam: munda quoque cor meum ab omnibus vanis, perversis et alienis cogitationibus: intellectum illumina, affectum in flamma, ut dignè, attente ac devotè *has ejus laudes recitare valeam*, et, ipsâ intercedente, exaudiri merear ante conspectum divinæ Majestatis tuæ, Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO

*Dicenda in fine Officii, id est, post Completorium.*

Sacrosanctæ et individua: Trinitati, crucifixi Domini nostri JESU-Christi humanitati, beatissimæ et gloriosissimæ, semperque Virginis MARLE fecundæ integritati, et omnium Sanctorum universitati, sit sempiterna laus, honor, virtus et gloria: ab omni creaturâ, nobisque remissio omnium peccatorum, per infinita sæcula sæculorum. Amen.

ÿ. Beata viscera MARLE Virginis quæ portaverunt æterni Patris Filium.

ñ. Et beata ubera quæ lactaverunt Christum Dominum.

Pater. Ave. Credo.



PSALTERIUM

DISPOSITUM

PER HEBDOMADAM

CUM ORDINARIO OFFICII DE TEMPORE.

DOMINICA.

AD MATUTINUM.

*Ante Matutinum, et omnes Horas, præterquam ad Completorium, dicitur secreto:*

Ave MARIA, gratiâ plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui JESUS. Sancta MARIA, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in horâ mortis nostræ. Amen.

*Deinde clarâ voce dicitur.*

ÿ. Domine, labia mea aperies.

ñ. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

ÿ. Deus, in adjutorium meum intende.

ñ. Domine, ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Alleluia.

*Loco Alleluia à Septuagesimâ usque ad Pascha dicitur:* Laus tibi, Domine Rex æternæ gloriæ.

*Invitorium.* Ave MARIA, gratiâ plena: Dominus tecum. *Repetitur.* Ave MARIA, gratiâ plena: Dominus tecum.

PSALMUS INVITATORIUS.

Venite, exultemus MARLE, jubilemus Domina Regina: nostræ: præcuperemus faciem ejus in jubilatione, et in canticis collaudemus eam.

Ave MARIA, gratiâ plena: Dominus tecum.

Quoniam Imperatrix magna et advocata potens super omnes Sanctos: quoniam non repellit Dominus preces MARLE, quia in manu ejus posuit thesauros gratiarum, et miseras nostras ipsa conspicit.

Dominus tecum.

Quoniam MARIA est Mater nostra, et protegit filios diligentes ipsam: venite, adoremus, et procidamus ante eam: confiteamur illi cum fletibus peccata nostra, quoniam populus sumus MARLE, et oves pascuæ ejus.

Ave MARIA, gratiâ plena: Dominus tecum.

Hodiè si exultabimus salutiferæ Domina: nostræ: jubilabimus in lætitiâ cordis nostri, quoniam impetrabit nobis indulgentiam plenam, et assistet pro nobis ante tribunal Dei.

Dominus tecum.

Cantemus ergò gloriosæ Genitricis

ci Dei, in hymnis et confessionibus benedicamus eam, quia suscepit in sine animas nostras, et introducet nos in requiem eternam.

Ave MARIA, gratia plena, Dominus tecum.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio et nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen.

Dominus tecum.

Ave MARIA, gratia plena.

Dominus tecum.

HYMNUS 1. Ex quod. Devot.

Salve, Regina Empirei,  
Mater misericordie,  
Unica spes mortalium,  
Et vera fons dulcedinis.  
Nos Evæ filii exules  
Voces clamantes mittimus,  
Et suspirantes gemimus,  
In valle plenâ lacrimis.

Eja advocata pauperum,  
Eja lux alma in tenebris,  
Vultum gratiosi luminis  
Converte, ô cara Genitrix.

Fructum tui ventris virginis,  
Quem nos videre cupimus,  
Ostende post exilium  
In sempiterna secula.

Dozologia de tempore.

IN I. NOCTURNO.

Per ann. antiph. Qui me invenerit.  
Temp. advent. Missus est.  
Temp. pasch. Convertisti.

PSALM. 1.

Beatus vir, qui diligit nomen tuum, MARIA Virgo: gratia tua animam ejus confortabit.  
Tanquam lignum aquarum fontibus irrigatum uberrime: in eo fructum justitiæ propagabis.

Benedicta tu inter mulieres, propter humilitatem et credulitatem cordis sancti tui.

Universas enim feminas vincis

pulchritudine carnis: superas Angelos et Archangelos excellentiâ sanctitatis.

Misericordia tua et gratia ubique predicatur: Deus operibus manuum tuarum benedixit.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc et semper: et in secula seculorum. Amen.

Sic dicitur semper in fine ejuslibet Psalmi, nisi aliter notetur. Per annum ant. Qui me invenierit, inveniet vitam, et hauriet salutem a Domino.

Ant. Qui audit me!

Temp. adv. ant. Missus est Angelus Gabriel ad MARIAM Virginem, desponsatam JOSEPH.

Ant. Ne timeas.

PSALM. 2.

Quare fremuerunt inimici nostri: adversum nos meditati sunt inania.

Profega nos dextera tua, Mater Dei: ut acies terribilibus confundens et destruens eos.

Venite ad eam omnes qui laboratis, et tribulati estis: et dabit refrigerium animabus vestris.

Accedite ad eam in tentationibus vestris: et stabiliet vos serenitas vultus ejus.

Benedicite illam in toto corde vestro: misericordiâ enim illius plena est terra.

Per ann. ant. Qui audit me, non confundetur, et qui operantur in me, non peccabunt.

Ant. Qui elucidant me.  
Temp. adv. ant. Ne timeas, MARIA, invenisti enim gratiam apud Dominum. Antiph. Dabit.

PSALM. 3.

Dominâ, quid multiplicati sunt, qui tribulant me? in potestate tuâ persequeris, et dissipabis eos.

Dissolve colligationes impietatis nostræ: tolle fasciculos peccatorum nostrorum.

Miserere mei, Domina, et sana infirmitatem meam: tolle dolorem et angustiam cordis mei.

Ne tradas me manibus inimicorum meorum: et in die mortis conforta animam meam.

Deduce me ad portum salutis: et spiritum meum redde factori, et creatori meo.

Per ann. ant. Qui elucidant me, vitam eternam habebunt.

ÿ. Diffusa est gratia in labiis tuis.

ÿ. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Temp. adv. ant. Dabit Filio tuo Deus sedem David patris ejus, et regnabit in æternum.

ÿ. Angelus Domini nuntiavit MARIE.

ÿ. Et concepit de Spiritu Sancto.

Temp. pasch. ant. Convertisti planctum meum in gaudium mihi, alleluia, alleluia.

ÿ. Surge, Domine, in requiem tuam, alleluia.

ÿ. Tu et arca sanctificationis tuæ, alleluia.

Pater noster, dicitur secretò.

ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

ÿ. Sed libera nos à malo.

Absolutio.

Exaudi, Domina, preces servorum tuorum, et intercede pro nobis, quæ Mater es Filii Dei excelsi. ÿ. Amen.

Jube Domine benedicere.

Benedictio. Benedicentio perpetuâ benedicat nos Virgo Mater Dei. ÿ. Amen.

Deinde leguntur Lectiones de Scripturâ cum Responsoriis, ut in proprio de tempore assignantur.

Pro 2. Lectione Benedictio. Primogenita Dei Filia nos benedicere,

re, et adjuvare dignetur. ÿ. Amen.

Pro 3. Lectione Benedictio. Spiritus Sancti Sponsa in amore Dei accendat corda nostra. ÿ. Amen.

IN II. NOCT.

Per ann. ant. Benedicta.

Temp. adv. ant. Quomodo.

Temp. pasch. ant. Secundum.

PSALM. 5.

Verba mea auribus percipe, Domina: et ne avertas à me speciositatem vultus tui.

Converte luctum nostrum in gaudium: et tribulationem nostram in jubilationem.

Corruant ante pedes nostros inimici nostri: virtute tuâ eorum capita conterantur.

Benedicat te omnis lingua: et nomen sanctum tuum confiteatur omnis caro.

Spiritus enim tuus super mel dulcis: et hæreditas tua super mel et favum.

Per ann. ant. Benedicta tu Filia à Domino, quia per te fructum vitæ communicavimus.

Ant. Quia fecit.

Temp. adv. ant. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Ant. Spiritus Sanctus.

PSALM. 7.

Domina mea, in te speravi: de inimicis meis libera me, Domina.

Conclude ora leonis, et dentes ejus: et labia persequentium constringe.

Non moreris propter nomen tuum: facere nobis misericordiam tuam.

Splendor vultus tui fulgeat super nos: ut serenet conscientia nostra apud Altissimum.

Si persequatur inimicus animam meam, Domina: adjutorio tuo conforter, ne vibret gladium suum

contra me.

*Per ann. ant.* Quia fecit mihi magna, qui potens est, et sanctorum nomen ejus. *Ant.* Ecce enim.

*Temp. adv. ant.* Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. *Ant.* Et quod.

PSALM. 8.

Domina, Dominus noster factus est Frater noster, et Salvator noster.

Ut ignis in rubo, et ros in vellere, et descendit in te æternum Verbum Dei.

Spiritu Sancto fecundante, et obumbravit tibi mundissimum.

Benedictus sit mundissimus conceptus tuus: et benedictus sit partus tuus virgineus.

Benedicta sit munditia carnis tuæ: et benedicta sit dulcedo misericordie cordis tui.

*Per ann. ant.* Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Adjuvabit eam Deus vultu suo.

Deus in medio ejus non commovebitur.

*Temp. adv. ant.* Et quod nasceretur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.

Ecce ancilla Domini. Fiat mihi secundum verbum tuum.

*Temp. pasc. ant.* Secundum multitudinem dolorum meorum, alleluia, consolationes tuæ, alleluia, lætificaverunt animam meam, alleluia, alleluia.

Surrexit Dominus de sepulchro, alleluia.

Et apparuit Matri suæ, alleluia. Pater noster. *Secretò.* Et ne nos, et Sed libera.

*Absolutio.* Ipsius pietas et misericordia nos adjuvet, quæ præ-

dilecta Filia est Dei Patris.

et Amen.

Jube Domine benedicere.

*Benedictio.* Dei Mater omnipotentis sit nobis propitia et clemens. et Amen.

*Deinde leguntur Lectiones et vij. quæ in proprio loco assignantur.*

*Pro 5. Lect. Bened.* Filia Dei MARIA perpetuæ obtineat nobis gaudia vite. et Amen.

*Pro 6. Lect. Bened.* Ignem divini amoris accendat MARIA in cordibus nostris. et Amen.

### IN III. NOCT.

*Per annum ant.* In conspectu.

*Temp. adv. ant.* Ecce Virgo.

*Temp. pasc. ant.* Venite.

PSALM. 10.

In Dominâ confido, propter dulcedinem misericordie nominis sui. Oculi ejus in pauperem respiciunt, et manus ejus ad pupillum et viduam sunt extensæ.

Exquirite illam à juventute vestrà, et glorificabit vos ante faciem populorum.

Misericordia illius nostrorum auferat multitudinem peccatorum, et fecunditatem nobis conferat meritum.

Extende ad nos brachium tuum, Virgo gloriosa, et ne avertas à nobis gloriosum vultum tuum.

*Per ann. ant.* In conspectu Angelorum psallam tibi, Domina genitum. *Ant.* Arripe illum.

*Temp. adv. ant.* Ecce Virgo concipiet, et pariet Filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. *Ant.* Concipies.

PSALM. 12.

Usquequò, Domina, obliviseris me, et non liberas me in die tribulationis?

Usquequò exallabitur inimicus meus super me? et potentia virtutis tuæ contere ipsum.

Aperi oculos misericordie tuæ: et ne inimicus noster adversus nos prævaleat.

Magnificamus te gratie inventricem, et per quam sæcula reparantur.

Exallata super choros Angelorum: ante thronum Dei ora pro nobis.

*Per ann. ant.* Arripe illum, et exallabit te, cum eam fueris amplexatus. *ant.* Tenui eam.

*Temp. adv. ant.* Concipies Virgo, et paries Deum pariter et hominem. *Ant.* Paries Filium.

PSALM. 14.

Domina, quis habitat in tabernaculo Dei? aut quis requiescet eum senatoribus populi?

Pauperes spiritu et mundo corde: et mites, pacifici, atque lugentes.

Recordare, Domina, ut loquaris pro nobis bona: et indignationem Filii tui avertas à nobis. Amplectamur MARIE vestigia peccatores: et ejus beatis pedibus provolvamur.

Teneamus eam fortiter, nec dimittamus, donec ab eâ meruerimus benedici.

*Per ann. ant.* Tenui eam, nec dimittam, donec benedixerit mihi.

Venerunt mihi omnia bona pariter eum illa.

Et innumerebilibus honestas per manus illius.

*Temp. adv. ant.* Paries Filium, et virginittatis non patieris detrimendum.

Et Verbum caro factum est. Et habitavit in nobis.

*Temp. pasc. ant.* Venite, audite, et narrabo, quanta fecit Deus anima meæ, alleluia.

Adjuvabit eam Deus, alleluia. Manè diluculo, alleluia.

Pater noster. *Secret. y.* Et ne nos, et Sed libera.

*Absolutio.* A vinculis peccatorum nostrorum dissolvat nos Sponsa Spiritus Sancti, Regina colorum. et Amen.

Jube Domine benedicere.

*Benedictio.* Evangelica lectio sit nobis salus, et protectio. et Amen.

*Nunc legitur Evangelium conveniens, cum Homiliâ.*

*Pro 8. Lect. Bened.* Cujus laudes canimus, ipsa Virgo Virginum intercedat pro nobis ad Dominum. et Amen.

*Pro 9. Lect. Bened.* Per Virginem Matrem concedat nobis Dominus salutem et pacem. et Amen.

*Sequens Canticum semper dicitur in fine Matutini, præterquam in Adventu seu tempore Prærogationis B. M. in Dominicis à Septuagesimâ usque ad Pascham, et in feriali officio extra tempus paschale.*

*In festis vero novem lectionum, etiam in Adventu, et in Quadragesimâ, et toto tempore paschali, etiam in feriali officio, exceptâ feriâ secundâ rogationum, semper dicitur.*

### CANTICUM 1.

S. Bonaventura ad instar illius SS. Ambrosii et Augustini.

Te Matrem Dei laudamus: et de MARIAM Virginem profitemur.

Te æterni Patris Filiam: omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli et Archangeli: tibi Throni et Principatus fideliter deserviunt.

Tibi omnes Potestates, et omnes Virtutes colorum: et univærsæ Dominationes obediunt.

Tibi omnes Chori, et tibi Cherubim et Seraphim exultantes assistunt.

Tibi omnis angelica creatura.

inecessabili voce proclamat.

Sancta.

Sancta.

Sancta MARIA \* Dei Genitrix, et Mater, et Virgo.

Pleni sunt cœli et terra \* majesticatis fructus ventris tui.

Te gloriosus Apostolorum chorus \* sui creatoris Matrem collaudat.

Te beatorum Martyrum cœtus candidatus \* Christi Genitricem glorificat.

Te gloriosus Confessorum exercitus \* Trinitatis templum appellat.

Te sanctorum Virginum chorea amabilis \* virginitatis et humilitatis exemplum predicat.

Te tota cœlestis curia \* Reginam honorat.

Te per univèrsam orbem \* Ecclesia invocando concelebrat.

Matrem \* divine Majestatis.

Venerandam te veram \* Regis cœlestis Puerperam.

Sanctam quoque, \* dulcem et piam.

Tu Angelorum Domina, \* tu paradisi janua.

Tu scala \* regni cœlestis et glorie.

Tu thalamus, \* tu arca pietatis et gratiæ.

Tu vena misericordiæ, \* tu Sponsa et Mater Regis æterni.

Tu templum et sacrarium Spiritus Sancti : \* totius beatissimæ Trinitatis nobile trichinium.

Tu mediatrix Dei et hominum : \* amatrix mortalium, cœlestis illuminatrix.

Tu agonizatrix pugnantium, advocata pauperum : \* miseratrix et refugium peccatorum.

Tu erogatrix numerum, \* superatrix ac terror demonum et superborum.

Tu mundi Domina, cœli Re-

Domine ad Matrynum.

gina : \* post Deum sola spes nostra.

Tu salus te invocantium, \* portus naufragantium, pereuntium refugium.

Tu Mater omnium beatorum, \* gaudium plenum post Deum, omnium superiorum civium solatium.

Tu promotrix justorum, \* congregatrix errantium, promissio Patriarcharum.

Tu veritas Prophetarum, \* præconium et doctrix Apostolorum, magistra Evangelistarum.

Tu fortitudo Martyrum, \* exemplar Confessorum, honor et festivas Virginum.

Tu ad liberandum exulem hominem, \* Filium Dei suscepisti in utero.

Per te, expugnato hoste antiquo, \* sunt aperta fidelibus regna celorum.

Tu cum Filio tuo sedes \* ad dexteram Patris.

Tu ipsum pro nobis roga, Virgo MARIA, \* quem nos ad iudicandum credimus esse venturum.

Te ergo poscimus, tuis famulis subveni, \* qui pretioso sanguine Filii tui redempti sumus.

Æternâ fac, pia Virgo, \* cum sanctis tuis gloriâ numerari.

Salvum fac populum tuum, Domina, \* ut simus participes hæreditatis Filii tui.

Et rego nos, \* et custodi nos in æternum.

Per singulos dies, \* o Pia, te salutamus.

Et laudare te cupimus \* usque in æternum mente et voce.

Dignare, dulcis MARIA, \* nunc et semper nos sine delicto conservare.

Miserere, Pia, nobis : \* miserere nobis.

Domine ad Laudes.

Fiat misericordia tua magna nobiscum, \* qui in te, Virgo MARIA, confidimus.

In te, dulcis MARIA, speramus, \* nos defendas in æternum.

Te deest laus, te deest imperium : \* tibi virtus et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Hic non dicitur Gloria Patri.

In aliis canticis dicitur.

AD LAUDES.

ÿ. Deus, in adjut. ñ. Domine, ad adj.—Gloria Patri.—Sicut erat.—Alleluia vel Laus tibi.

Per ann. ant. Surge.

In adv. ant. Egredietur.

Temp. Pasc. ant. Alleluia.

PSALM. 92.

Dominus regnavit, decorem induit : \* Matremque suam ornamento coronavit virtutum.

Adimpleat propitietatem suam in nobis Mater pacis : \* et viam æquitatis doceat servos suos.

Qui desideratis sapientiam Christi : \* servite Matri ejus animo reverenti.

Quis satisfaciet enarrare opera tua, Domina ? \* et quis investigabit thesauros misericordiæ tuæ ?

Sustine deficientes in tentationibus suis : \* destina illos in sortem veritatis.

In adv. ant. Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Ant. Radix Jesse.

PSALM. 99.

Jubilare Domine nostræ omnes homines terræ : \* servite illi in lætitiâ, et jucunditate.

In toto animo vestro accedite ad illam : \* et in omni virtute vestra conservate vias ejus.

Investigate illam, et manifestabitur vobis : \* estote mundi corde, et apprehenditis eam.

Quibus auxiliata fueris, Domina, erit refrigerium pacis : \* et

à quibus averteris vultum tuum, non erit spes ad salutem.

Recordare nostri, Domina, et non apprehendent nos mala : \* succurre nobis in fine, et inveniemus vitam æternam.

In adv. ant. Radix Jesse, qui exurgit judicare gentes, in eum gentes sperabunt. Ant. Virga Jesse.

PSALM. 62.

Deus, Deus meus : \* per Matrem te glorificabo.

Virginaliter enim te concepit et sine angustia te paritavit.

Benedicta sis, ô Domina nostra : \* et pro nobis assiste ante thronum Dei.

Species et claritas \* in conspectu tuo.

Custodi animam meam, Domina : \* ut nunquam corruat in peccato.

Per ann. ant. Surge, amica mea, speciosa mea, et veni. Ant. Ne dimittas eam.

In adv. ant. Virga Jesse beata Virgo est, et flos de radice ejus Christus Dominus. ant. Et requiescet. Temp. Pasc. ant. Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia, alleluia. ant. Alleluia.

CANTICUM 2.

S. Bonaventuræ ad instar illius trâm pueror. Dan. 3.

Benedicite omnia opera Domini Domine gloriose : \* laudate et superexaltate eam in sæcula.

Benedicite Angeli Domine nostræ : \* benedicite cœli Domine nostræ.

Benedicat omnis creatura Domine nostram : \* quam Rex sic voluit benedici.

Benedicta sis, ô summi Regis Filia, \* que odore præis cuncta lilia.

Benedicta sis corona Dominarum omnium : \* benedicta sis gloria Jerusalem.

Odor tuus sicut odor agri pleni,

cui benedixit Dominus: \* qui in benedicentes te redundat, irrigans omnia intima eorum.

Qui benedixerit tibi, ó Virgo beata, \* sit ille jugiter benedictus.

Qui maledixerit tibi, rosa candidissima, \* sit ille jugiter maledictus.

Non recedat de domo servorum tuorum \* vini et olei abundantia.

In nomine tuo omne genuflectatur \* caelestium, terrestrium et inferorum.

Benedicamus Deum, qui te creavit: \* benedictus uterque Pater, qui te generavit.

Benedicta sis, Domina, in celo, et in terra: \* laudabilis, et gloriosa, et superexaltata in saecula.

Per ann. ant. Ne dimittas eam, et custodiet te: dilige eam, et conservabit te. Ant. Viæ ejus.

In adv. ant. Et requiescat super eum Spiritus sapientiæ et intellectus. Ant. Exulta.

Temp. pasce. ant. Alleluia, gaudete omnes, alleluia, in resurrectione Christi, alleluia. Ant. Allel.

## PSALM. 150.

Laudate Dominam in sanctis ejus: \* laudate eam in virtutibus, et miraculis ejus.

Laudate eam cœtus Apostolorum: \* laudate eam chori Patriarcharum et Prophetarum.

Laudate eam exercitus Martyrum: \* laudate eam turbae Doctorum et Confessorum.

Laudate eam in collegio Virginum et continentium: \* laudate eam omnes animæ civium supernorum: omnis spiritus laudet Dominam nostram.

Per ann. ant. Viæ ejus, vie pulchre, et omnes semitæ ejus pacificæ.

In adv. ant. Exulta satis, filia Sion, jubila, filia Jerusalem: ecce virgo pariet Filium.

Temp. pasce. ant. Alleluia, alleluia.

Temp. pasce. ant. Alleluia, alleluia.

Temp. pasce. ant. Alleluia, alleluia.

Temp. pasce. ant. Alleluia, alleluia.

Temp. pasce. ant. Alleluia, alleluia.

Temp. pasce. ant. Alleluia, alleluia.

Temp. pasce. ant. Alleluia, alleluia.

Temp. pasce. ant. Alleluia, alleluia.

Temp. pasce. ant. Alleluia, alleluia.

## PSALM. 150.

Laudate Dominam in sanctis ejus: \* laudate eam in virtutibus, et miraculis ejus.

Laudate eam cœtus Apostolorum: \* laudate eam chori Patriarcharum et Prophetarum.

Laudate eam exercitus Martyrum: \* laudate eam turbae Doctorum et Confessorum.

Laudate eam in collegio Virginum et continentium: \* laudate eam omnes animæ civium supernorum: omnis spiritus laudet Dominam nostram.

Per ann. ant. Viæ ejus, vie pulchre, et omnes semitæ ejus pacificæ.

## CANTICUM 3.

S. Bonaventura ad instar illius Zacharie. Luc. 1.

Benedicta sis, Domina et Mater Dei mei Israel: \* quia per te visitavit, et fecit redemptionem plebis tue.

Et erexit unicorru salutaris castitatis tue: \* in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os Isaia, \* et aliorum sanctorum Prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis præsta, Virginum Virgo: \* et de manu omnium quinos oderunt, pacem nobis tribue.

Et fac misericordiam pro parentibus et nobis: \* ut memor sis testamenti omnipotentis Dei.

Quod juravit ad Patres nostros, Abraham, et semini ejus in saecula.

Ita sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: \* à quiete serviamus illi.

In sanctitate et justitiâ coram te: \* omnibus diebus nostris.

Et tu, MARIA, Propeta Dei vocaberis: \* quoniam novisti, quod respexit humilitatem ancillæ suæ.

Per quam dedit scientiam salutis plebi ejus \* in remissionem peccatorum.

Per viscera multitudinis misericordie tuæ, \* visita nos, stella matutina oriens ex alto.

Illumina tenebras sedentium in umbrâ mortis: \* et eas luce dilectissimi Filii tui digneris installare.

Miserere, elementissima Mater, nobis miseris peccatoribus: \* qui retroacta peccata pœnitere negligimus, ac multa quotidie pœnitenda committimus.

Deinde dicitur antiph. et oratio propria, et post eam (si id tempus requirit) sunt commemoraciones communes de S. Joseph etc, que posite sunt in fine Psalterii.

In fine conclusionis orationis dicitur.

ÿ. Domine, exaudi orationem meam.

ÿ. Et clamor meus ad te veniat.

ÿ. Benedicamus Domino. ñ. Deo gratias.

ÿ. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. ñ. Amen.

Deinde post Laudes (aut post ultimam Horam) dicitur Pater noster et ÿ. Dominus dei nobis suam pacem. ñ. Et vitam æternam. Amen. dicitur una ex antiphonis pro temporis diversitate, quæ ponuntur post Psalterium: quod quotidie observatur post Laudes, et Completorium.

## AD PRIMAM.

Ave MARIA secretæ. ÿ. Deus, in adj. ñ. Dom. ad adj. Gloria Patr. Sicut. allel. vel Laus tibi, Dom.

## HYMNUS 3.

Orius refulget lucifer Fugans tenebras noctium: Tu, sole amicta, Femina. Mentium pelle caliginem.

Accepta dum fluet dies, O Virgo custos pervigil, Quos savus hostis obsidet, Semper benigna protege.

Et cum dies abscesserit, Noctemque sors reduxerit, Placabilem tuâ prece Fac esse nobis Filium.

Doxologia de Tempore. Per ann. ant. Meum est.

In adv. ant. Egredietur. Temp. pasce. ant. Alleluia.

## PSALM. 33.

Domina, in nomine tuo salvum me fac: \* et ab in justitiis meis libera me.

Ut non noceat mihi caliditas inimici: \* sub umbrâ alarum tuarum protege me.

O Domina mea, adjuvame: \*

gratiam tuam largire anime meae.  
Voluntariè offeram tibi sacrificium laudis : \* et confitebor nomini tuo, quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione liberabis me : \* et inimicos meos despiciet oculus meus.

PSALM. 118.

Beati immaculati in viâ, \* qui Matrem Domini imitantur.

Beati imitatores humilitatis ejus : \* beati particeps imaginis illius.

Beati persecutores virtutum illius : \* beati conformes imagini illius.

Beati qui conceptum et partum illius venerantur : \* beati qui devotè ei famulantur.

Beati qui in eâ habent spem, et confidentiam : \* beati qui per illam suscipiunt felicitatem sempiternam.

1. DIVISIO. PSALMI 118.

Retribuè servo tuo, et vivifica me : \* et faciam voluntatem tuam.

Incola ego sum in terrâ : \* nihil abscondas mihi de amore tuo. Concepit anima mea \* laudem tuam desiderare omni tempore.

Tu enim es salus mea in Domino : \* quæ me morti adjudicatum liberasti.

Quid pro his retributionibus nisi me totum ? \* Domina, suscipe me.

SYMBOLUM

D. Bonavent. ad instar illius  
S. Athanasii.

Non dicitur hoc symbolum, nisi quando fit officium de Dominicâ. quemque vult salvus esse, \* ante omnia opus est, ut teneat de MARIA firmam fidem.

Quam nisi quisque integram, inviolatamque servaverit, \* absque dubio in æternum peribit.

Quoniam ipsa sola Virgo manens peperit \* sola cunctas hæreses interemit.

Ad Primam.

Confundatur, et erubescat Hebreus : \* qui dicit Christum ex JOSEPHI semine esse natum.

Confundatur Manichæus : \* qui dicit Christum fictum habere corpus.

Palleat omnis, qui hoc ipsum aliudè, \* non de MARIA dicit assumpsisse.

Idem namque Filius, qui est Patris in divinis unigenitus : \* est verus unigenitus Virginis MARIE Filius.

In caelis sine matre : \* in terris sine patre.

Nam sicut anima rationalis, et caro propter unionem de homine verè nascitur : \* ita Deus et homo Christus de MARIA Virgine verè generatur.

Induens carnem de carne Virginis : \* quia sic genus humanum redimi congruebat.

Qui secundum divinitatem æqualis Patri : \* secundum verò humanitatem minor Patre.

Conceptus in utero Virginis MARIE, Angelo nuntiante, de Spiritu Sancto, \* nec tamen Spiritus Sanctus est Pater ejus.

Genitus in mundum sine penâ carnis Virginis Matris, \* quia sine delectatione carnis conceptus.

Quem lactuit Mater : \* ubere de celo pleno.

Quem circumstant Angeli obstetricum vice, \* nuntiantes pastoribus gaudium magnum.

Hic à Magis muneribus, adoratus, \* ab Herode in Ægyptum fugatus, à Joanne in Jordane baptizatus.

Traditus, captus, flagellatus, \* crucifixus, mortuus et sepultus.

Cum gloriâ resurrexit : \* ad caelos ascendit.

Spiritum Sanctum in Discipulis, \* et in Matrem misit.

Quam demum ipse ad caelos

Ad Primam.

assumpsit, \* et sedet ad dexteram Filii, non cessans pro nobis exorare.

Hæc est fides de MARIA Virgine : \* quam nisi quisque fidelitèr, firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.

Per ann. ant. Meum est consilium, et æquitas : mea est prudentia, mea est fortitudo.

In adv. ant. Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet.

Temp. pasce. ant. Alleluia, alleluia, alleluia.

CAPITULUM. Juleth. 13. 31.

Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Jacob, quoniam in omni gente, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israel.

ÿ. brev. Virgo Mater Dei vivi : Miserere nobis. Virgo Mater Dei vivi : miserere nobis.

In expectatione ÿ. Quæ ventura es in mundum.

In infant. ÿ. Quæ in tuâ infantia maxime Deo placuisti.

In ade. ÿ. Quæ de Spiritu Sancto concepti.

In puerper. ÿ. Quæ Filium Dei peperisti.

In vit. contempl. ÿ. Quæ optimam partem elegisti.

In passion. ÿ. Quæ in passione Filii doloris gladio transfixa fuisti.

Temp. pasce. ÿ. Quæ in resurrectione Filii tui lactata fuisti.

In vit. activ. ÿ. Quæ sollicita salutis omnium fuisti.

In vit. glor. ÿ. Quæ sedes ad dexteram Filii tui.

In Dedicat. ÿ. Quæ domus Dei effecta fuisti.

Miserere nobis.—Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.—Virgo Mater Dei vivi : miserere nobis.

ÿ. Memento nostri, Domina.

ÿ. In beneplacito tuo.

Sequentes preces non dicuntur in Duplicibus, et infra octavas. Sed tunc dicto. ÿ. brevis dicitur statim.

ÿ. Domine, exaudi :

ÿ. Et clam. meus. Cum oral.

Kirie eleison. Christe eleison.

ÿ. Et ne nos. ð. Sed libera nos.

ÿ. Et ego ad te, Domina mea, clamavi.

ÿ. Et manè oratio mea præveniet te.

ÿ. In matutinis meditabor in te.

ÿ. Quia fuisti adjutrix mea.

ÿ. Manè astabo tibi, et videbo.

ÿ. Quoniam Mater misericordiarum tu es.

ÿ. Adjuva me, Domina, contra inimicum.

ÿ. Fac ut conteratur sub pedibus meis.

ÿ. Ne des illi potestatem in anima mea.

ÿ. Custodi omnia interiora et exteriora mea.

ÿ. Domine, exaudi orationem meam.

ÿ. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio de Laudibus, et post Orationem.

ÿ. In sæculum memoria ejus in benedictione.

ÿ. Immortalis est enim memoria illius.

Deinde absolute sine Oremus dicitur.

Oratio.

Sancta MARIA, et omnes Sancti intercedant pro nobis ad Dominum, ut nos mereamur ab eo adjuvari et salvari, qui vivit et regnat in secula seculorum. ð. Amen.

Kirie eleison. Christe eleison.

ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

ŷ. Sed libera nos à malo.

*Absolutio.*

De sede maiestatis suae respiciat in nos, meritis tuis, Virgo MARIA, et dies nostros in sua pace disponat omnipotens et misericors Dominus. ŷ. Amen.

Jube Domine benedicere.

*Benedictio.*

Alma Virgo Virginum nos benedicere et adjuvare dignetur. ŷ. Amen.

*Deinde legitur Canon cum titulo in festis, ut in proprio die habetur: in feriis autem et in festivitatibus proprium canonem non habentibus, ut in proprio de Tempore juxta temporis et feriis diversitatem.*

*In fine canonis semper dicitur: Tu autem, Domina nostra, intercede pro nobis.*

*Et respondetur. Deo gratias.*

ŷ. Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace.

ŷ. Amen.

AD TERTIAM.

Ave Mar. ŷ. Deus, in ad. ŷ. Domine, ad. adj.—Gloria.—Alleluia vel Laus tibi.

HYMNUS 4.

Horà diei Tertìa,

Quà, Virgo, te requirimus,  
Nos siste labis nescios,  
Quem parturisti Filio.

Plaga cruenta criminis

Nos Eva lasos eddidit:

Intacta Mater altera,

Defer salutem fontibus.

*Doctologia de tempore.*

*Per ann. ant. Per me.*

*Temp. adv. ant. Radix Jesse.*

*Temp. pasc. ant. Alleluia.*

PSALM. 118. DIV. 2.

Legem pone mihi, Domina, voluntatis tuae, sanctorum sanctissimi: et exquiram eam semper.

Deduc me in semitam misera-

Ad Tertiam.

tionum tuarum, mulierum pulcherrima: quia ipsam volui.

Inclina animam meam ad supernorum amorem, Domina: et non ad impudicitiam.

Ecce concupivi castimoniam tuam à juventute mea: quia in misericordia tua confirma me.

Et observabo viam testimoniorum tuorum in saeculum: et scrutabor mandata Filii tui, quae dilexi. PSALM. 118. DIV. 3.

Memor esto verbi tui, Domina: primiciara: in quo mihi spem dedisti.

Hæc in potestatum fluctibus tenuit me: quia eloquium tuum vivificabit me.

Circumdederunt me viri mendaces: et congregata sunt super me flagella, et ecce manus tua eripuit me.

Communicavi in bonis omnibus timentibus te: et custodientibus omnixè mandata tua.

Miserationibus tuis plena est terra: ideo viam justificationum tuarum exquisivi.

PSALM. 118. DIV. 4.  
Bonitatem fecisti cum servo tuo, Domina: de quo gaudent Angeli.

Disciplinam morum tuorum, et æquitatem tuam doce me: quia verbis tuis præ cunctis credidi.

Bonum mihi, quia onere tuo humiliasti me: sequar conversationem tuam.

Qui amant servientes tibi, venerabuntur: qui autem abominatus fuerit eos, ruet in æternum.

Veniant mihi semper guttæ clementiæ tuæ, et vivam: quia lex tua sancta meditatio mea est.

*Per ann. ant. Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt.*

*In adv. ant. Radix Jesse, qui*

Ad Sextam.

exurget judicare gentes, in eum gentes sperabunt.

*Temp. pasc. ant. Alleluia, alleluia, alleluia.*

CAPITULUM. Judit. 15. 10.  
Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri.

ŷ. Brev. Qui me invenerit, inveniet vitam.

Qui me reperit. ŷ. Et hauriet salutem à Domino.—Inveniet.—Gloria.—Qui me inven.

ŷ. Transite ad me omnes. Et à generationibus meis implerimini. *Oratio de Laudibus.*

AD SEXTAM.

Ave ŷ. Deus, in. ŷ. Domine, ad.—Glor. alleluia. vel Laus tibi.

HYMNUS 5.

Nos hora Sexta convocat,

Et te precemur admonet;

Virgo Dei puerpera,

Adsis precì, quam solvimus.

Christo sedes dum proxima,

Regnas et inter caelites:

His de supernis fontibus

Effunde larris munerà.

*Dox. de temp.*

*Per ann. ant. Filii.*

*In adv. ant. Virga Jesse.*

*Temp. pasc. ant. Alleluia.*

PSALM. 118. DIV. 5.

Defecit in semitis tuis anima mea, Domina: et nisi miseratio maxima esset, perissem utique in infirmitate mea.

Defecerunt oculi mei in contemplatione tuâ: velut uter in prunâ, à te visa est anima mea.

Secundum bonitatem tuam vivifica me: et non obliviscar sermones tuos, quia tibi adhaerere bonum est.

Dispositione tuâ perseverat mundus: quem tu cum Deo fundasti ab initio.

Tuus totus sum ego, Domina, salvum me fac: quoniam desiderabiles erant laudes tue in tempore peregrinationis mee.

PSALM. 118. DIV. 6.  
Quomodo dilexi legem tuam, Domina: in conspectu meo semper.

Suavitatum tuarum affluentia cor meum alienavit à me: et caro mea mirabiliter exultavit in te. Quàm dulcia peccatoribus eloquia tua, Domina: super omnem melodiam refectio tua dulcis ori meo.

Illuminatio gressibus meis verbum tuum: et lumen inæstabile semitis meis.

Quoties exasperaverunt me peccatores inferni: quia à charitate tuâ declinare nolui: ego autem speravi in te, Domina.

PSALM. 118. DIV. 7.  
Iniquos odio habui: et legem tuam dilexi, Domina gratiosa.

Adjuva me, et salvus ero, Domina mundi: et meditabor honorificentiam mandatorum tuorum.

Fac me semper stare in timore tuo: et ne tradas me, Virgo, calumniantibus me.

Vernaculus tuus sum ego: minimus in familia tua.

Custodi me, Domina, à negligentibus judicia justitiæ tuæ.

Contemnes omnes discedentes à iudiciis tuis: quia injusta est conversatio eorum.

*Per ann. ant. Filii, audite me: beati qui custodiunt vias meas.*

*In adv. ant. Virga Jesse beata Virgo est, et flos de radice ejus Christus Dominus.*

*Temp. pasc. ant. Alleluia, alleluia, alleluia.*

CAPITULUM. Ecol. 24. 23.  
Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris: et flores mei fruc-

lus honoris et honestatis.

¶ *Br.* Venerunt mihi omnia bona \* Pariter cum illa.—Venerunt. \* Et inestimabilis honestas per manus illius.—Pariter.—Glor.—Vener.

¶ *Y.* Longitudo dierum in dextera ejus.

¶ *B.* Et in sinistra illius divitiæ et gloria.

*Oratio de Laud.*

AD NONAM.

Ave. ¶ Dom. in ad. ¶ Dom. ad.—Glor.—Allel. *vel* Laus.

HYMNUS 6.

Dat hora Nona debitam  
Laudem tibi, Virgo parens :  
Fac, hora dante ultimâ,  
Tuo fruamur Filio.

Tu supplicando prevalet,  
Et obines, quod postulas :  
Ora, Deus non pondere  
Mortis perennis liberet.

*Dorol. de Temp.*

*Per ann. ant.* Erat eleganti.  
*In adv. ant.* Exulta satis.  
*Temp. pasc. ant.* Alleluia.

PSALM. 118. DIV. 8.

Mirabilia testimonia tua, Mater alma: et sermonibus tuis illuminatum est cor meum.

Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis : \* filia regum collaudant faciem tuam.

Ardens verbum laborum tuorum vehementer : \* qui ad te properat, percipiet illud.

Arundo agitata sum in conspectu tuo : \* tene me, Domina, sub jugo tuo, ne confundar.

Servientes tibi plures alii invadunt dracones inferni : \* sed tu, Domina, defende nos.

PSALM. 118. DIV. 9.

Clamavi in toto corde meo ad te, Domina : \* de necessitatibus meis clementer eripe me.

Vocem gemitus mei exaudi, Domina mea : \* doce me, quid acceptum sit apud te omni tempore.

Longè à nescientibus te salus : \* qui autem præstat in obsequio tuo, procul fiet à perditione.

Misericordia tua rigat universum, Domina, \* in salutaris tuo vivifica me.

Initium eloquiorum tuorum veritas in æternum : \* et legem tuam immaculatam non sum oblitus.

PSALM. 118. DIV. 10.

Principes persecuti sunt me gratis : \* et ab invocatione tuâ trepidat spiritus malignus.

Pax nulla observantibus nomen tuum, Mater Dei : \* et non est illis scandalum.

Septenis horis decantavi tibi laudem, Mater mea : \* juxta eloquium tuum da mihi intellectum.

Iniret oratio mea in conspectu tuo : \* ut non derelinquam te, Domina, omnibus diebus vitæ meæ.

Quoniam viae tuæ \* misericordiæ et veritas.

Concupiscam in æternum laudare te, Domina : \* cum dixeris me justificationes tuas.

*Per ann. ant.* Erat eleganti aspectu nimis, et in omnibus famosissima.

*In adv. ant.* Exulta satis, filia Sion : jubila, filia Jerusalem : ecce Virgo pariet filium.

*Temp. pasc. ant.* Alleluia, alleluia, alleluia.

CAPITULUM. Sap. 7. 26.

Candor est lucis æternæ, et speculum sine macula Dei majestatis, et imago bonitatis illius.

¶ *Y. bre. lit* me gratia \* Omnis via, et veritatis.—In me. ¶ In me omnis spes vitæ, et virtutis.—Omnis.—Gloria.—In me. ¶ Ego mater pulchræ dilectionis et timoris.

¶ Et agnitionis et sanctæ spei.

*Oratio de Laudibus.*

*Sic quotidie dicuntur Hora, quando fit officium de Dominâ, vel de ferriâ. In festis autem antiphona, capitula, et y. brevia dicuntur, quando non sunt propria, ut in communi festivitatum.*

*Temp. paschali et vite gloriosæ ad y. bre. additur Duplex Alleluia, ut suo loco annotatur.*

DOMINICA AD VESPERAS.

Ave. ¶ Deus, in ad. ¶ Dom. ad. Glor.—Allel. *vel* Laus.

*Per ann. ant.* Astilit.

*In adv. ant.* Respexit.

*Temp. pasc. ant.* Surge.

PSALM. 109.

Dixit Dominus Domine nostræ : \* sede, Mater mea, à dextris meis. Bonitas et sanctitas plauerunt tibi : \* ideò regnabis tecum in æternum.

Corona immortalitatis in capite sancto tuo : \* cuius fulgor et gloria non extinguetur.

Miserere nostri, Domina, Mater lucis et splendoris : \* illumina nos, Mater veritatis et virtutis.

De thesauris tuis infunde nobis sapientiam Dei : \* et intellectum prudentiæ, et formam disciplinæ.

*In adv. ant.* Respexit Deus humilitatem ancillæ suæ ant. Beatam.

*Per ann. ant.* Astilit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. *Ant.* Videntes.

*Temp. pasc. ant.* Surge, prope, amica mea, alleluia, columba mea, alleluia, formosa mea, allel. *ant.* Jam hiems.

PSALM. 110.

Confitebor tibi, Domina, in toto corde meo : \* glorificabo te in totâ mente meâ.

Opera gratiæ tuæ commemorabuntur, et testamentum misericordiæ tuæ ante thronum Dei.

Per te missa est redemptio à Deo : \* populus penitens habebit spem salutis.

Intellectus bonus omnibus honorantibus te : \* et sors illorum erit inter angelos pacis.

Gloriosum et admirabile est nomen tuum : \* qui illud in corde retinent, non expavescent in puncto mortis.

*Per ann. ant.* Videntes eam filia Sion, beatissimam prædicaverunt. *ant.* Favus.

*In adv. ant.* Beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi Dominus magna. *ant.* Fecit mihi.

*Temp. pasc. ant.* Jam hiems transit, imber abiit et recessit, alleluia. *ant.* Flores.

PSALM. 111.

Dixit vir, qui timet Dominam, et beatum cor, quod diligit illam.

Jucundus homo, qui non satiatur laude tuâ : \* et à relatu virtutum tuarum non fatigatur.

Exortum est in corde illius lumen Dei : \* Spiritus Sanctus illuminat intelligentiam ejus.

Disperge, Domina, gratiam tuam pauperibus tuis : \* esurientes refove et egenos.

In memoriâ æternâ fiunt per te nomina : \* ab auditu terribilis non trepidet cor nostrum.

*Per ann. ant.* Favus distillans labia tua, mel et lac sub lingua tuâ. *ant.* Hortus conclusus.

*In adv. ant.* Fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen ejus. *ant.* Benedictus.

*Temp. pasc. ant.* Flores apparuerunt in terrâ nostrâ, tempus putationis adventi, alleluia, alleluia, *ant.* Dilectus.

PSALM. 112.

Laudate, pueri, Matrem Dei : \* glorificate, senes, nomen ejus.

Benedicta sit MARIA, Mater



Christi: \* ipsa enim est via ad patriam sanctitatis.

Excelsus super Cherubim thronus ejus: \* et sedes ejus super cardines cœli.

Super humiles vultus ejus: \* et super confidentes in eâ aspectus illius.

Misericordia ejus super omnem carnem: \* et elemosina ipsius usque ad extremum terræ.

*Per ann. ant.* Hortus conclusus, fons signatus, puteus aquarum viventium, *ant.* Regina.

*In ade. ant.* Benedicta tu inter mulieres, quæ credidisti verbis Archangelî. *ant.* Perficentur.

*Temp. pasc. ant.* Dilectus meus mihi, et ego illi, qui pascitur inter lilia, alleluia. *ant.* Dilectus.

PSALM. 113.

In exitu animæ meæ de hoc mundo: \* occurre illi, Domina, et suscipe eam.

Consolare eam vultu sancto tuo: \* aspectus diæmonis non conturbet illam.

Esto illi scala ad regnum cœlorum: \* et iter rectum ad paradissum Dei.

Impetra ei à Patre indulgentiam pacis, \* et sedem lucis inter servos Dei.

Sustine devotos ante tribunal Christi: \* suscipe causam eorum in manibus tuis.

*Per ann. ant.* Regina mundi, Domina cœli, loquere Regi pro nobis.

*In ade. ant.* Perficentur in te omnia, quæ dicta sunt tibi à Domino.

*Temp. pasc. ant.* Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex millibus, alleluia.

CAPITULUM. *Prov. 8. 32.*

Nunc ergo, filii, audite me: beati qui custodiunt vias meas: audite disciplinam et estote sapientes, et nolite abjicere eam.

HYMNUS 7.

Brev. rom.

Ave maris stella,  
Dei Mater alma,  
Atque semper virgo,  
Felix cœli porta.

Sumens illud ave  
Gabrielis ore,  
Funda nos in pace,  
Mutans Evæ nomen.  
Solve vincla reis,  
Profer lumen cæcis,  
Mala nostra pelle,  
Bona cuncta pœse.

Monstra te esse Matrem,  
Sumat per te preces,  
Qui pro nobis natus,  
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,  
Inter omnes mitis:  
Nos culpis solutus  
Mites fac et castos.

Vitam præsta puram,  
Iter para lutum,  
Ut videntes JESUM,  
Semper collemur.

Sit laus Deo Patri,  
Summo Christo decus,  
Spiritu Sancto,  
Tribus honor unus. Amen.

*Per ann. v.* Vultum tuum deprecebantur.

g. Omnes divites plebis.

*In adv. ant. v.* Propheta prædicaverunt.

g. Nasci Salvatorem de Virgine MARIA.

*In puerp. v.* Veritas de terrâ orata est.

g. Et iustitia de cœlo prospexit.  
*Temp. pasc. v.* Gande et lætare, Virgo MARIA, alleluia.

g. Quia surrexit Dominus verè, alleluia.

CANTICUM B. M. V. *Luc. 1.*  
Magnificat, \* anima mea Dominum.  
Et exultavit spiritus meus \* in Deo salutari meo.  
Quia respexit humilitatem an-

cillæ suæ: \* ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est, \* et sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus à progenie in progenies \* timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: \* dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede: \* et exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis: \* et divites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum, \* recordatus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros, \* Abraham, et semini ejus in sæcula.

*Deinde dicitur antiphona et oratio propria, et sunt (si id tempus requirit) commemoraciones communes, ut in fine Psalterii.*

#### AD COMPLETORIUM.

*Absolutè incipitur.*

v. Converterte nos, Deus salutaris noster.

g. Et averte iram tuam à nobis.

v. Deus, in ad. g. Dom. ad. adj. Gloria. Allel. vel Laus. *Per annum ant.* Si dormieris. *Temp. pasc. ant.* Alleluia.

PSALM. 4.

Cum invocarem, exaudisti me, Domina, \* et è sublimi solio tuo dignata es mei recordare.

A rugientibus præparatis ad eam: \* et de manibus quærentium me, liberavi gratia tua.

Quoniam benigna est misericordia et pietas tua: \* in omnes qui invocant nomen sanctum tuum.

Benedicta sis, Domina, in æternum: \* et majestas tua in sæculum.

Glorificate eam omnes gentes in virtute vestrà: \* et cuncti populi terre extollite magnificentiam ejus.

PSALM. 30.

In te, Domina, speravi, non confundar in æternum: \* in gratiâ tuâ

suscipe me.

Inclina ad me aurem tuam: \* et in merore meo lætifica me.

Tu es fortitudo mea, et refugium meum: \* consolatio mea, et protectio mea.

Ad te, Domina, clamavi, dum tribularetur cor meum: \* et exaudisti me de vertice collium æternorum.

Educ me de laqueo, quem absconderunt mihi: \* quoniam tu es adjuatrix mea.

In manus tuas, Domina, commendo spiritum meum, \* totam vitam meam, et diem ultimum meum.

PSALM. 90.

Qui habitat in adjutorio Matris Dei: \* in protectione ipsius commorabitur.

Concursum hostis non nocet ei: \* sagitta volans non tanget eum.

Quoniam liberabit eum de laqueo insidiantis, \* et sub pennis suis proteget eum.

Clamale ad illam in periculis vestris, \* et flagellum non appropinquabit tabernaculo vestro.

Fructus gratiæ inveniet, qui speravit in illâ: \* porta paradisi reseatrabitur ei.

PSALM. 133.

Ecce nunc benedicite Dominam, \* omnes qui speratis in nomine sancto ejus.

Gaudete gaudio magno, qui exultatis, et glorificatis eam: \* quia lætæbimini ab ubertate consolatio-nis ejus.

Ecce nunc inundante ubertate, declinabit ad vos: \* ad consolandum et lætificandum corda vestra.

Benedicite illam, omnes servi ejus, \* et memoriale sit in desiderio animæ vestræ.

Benedicite illam, omnes angeli et sancti Dei: \* laudate in sæcula mirabilia ejus.

*Per ann. ant.* Si dormieris, fili mi, sub protectione meâ, non timabis, quiesces, et suaviter eris somnus tuus. *Temp. pas. ant.* Alleluia, alleluia, alleluia.

## HYMNUS 8.

Virgineis titulis  
Matris quæ jungis honores,  
Hæc natos foveas  
Nocte benigna tuos.

Fulgida stella maris,  
Sæcli dum mergimur undis,  
Sis lux in tenebris,  
Et benè fida quies.

Si sopor obrepit,  
Casti fac Mater amoris,  
Cor vigilans uno  
Spiræt amore Dei.

O Regina potens,  
Proprius res aspice nostras:  
Dicaris populi  
Vita salusque tui.

Gloria summa Patri,  
Compar sit gloria Nato  
Quo peperit Virgo,  
Gloria Spiritui. Amen.

CAPITULUM. *Prov.* 8. 34.

Beatus homo, qui audit me, et vigilat ad fores meas quotidie, et observat ad postes ostii mei.

¶ *Cr.* In manus tuas, Domina, commendo spiritum meum.—In manus ¶. Totam vitam meam, et finem ultimum meum.—Commendo.—Gloria.—Tu.

¶ Custodi me, Domina, ut pupillam oculi.

¶ Sub umbrâ alarum tuarum protege me.

*Ant.* Custodi nos.

CANTICUM SIMEONIS. *Luc.* 2.

Nunc dimittis servum tuum, Domine, \* secundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei \* salutare tuum.

Quod parasti \* ante faciem omnium populorum.

Lumen ad revelationem gentium, \* et gloriam plebis tuæ Israel.

*Ant.* Custodi nos, Domina, et absconde nos in corde tuo, ut sive vigilemus, sive dormiamus, oportuno corde te diligamus.

*Tempore pasch.* et vitæ glor. additur. Alleluia, alleluia.

*Sequentes preces non dicuntur in Duplicibus, et infra oct. sed tunc post antiph. dicitur.*

¶ Dom. exaud. ¶. Et clamor. et oratio ut infra.

Kirie eleison, Christe eleison, Kirie eleison. Pater nost. secretò. ¶. Et ne nos ind. ¶. Sed liber.

¶ MARIA, Mater gratiæ, Mater misericordiæ.

¶ Tu nos ab hoste proteges, et mortis horâ suscipe.

¶ Erue nos in die malâ.

¶ Et in die mortis ne obliviscaris animæ meæ.

¶ In exitu animæ meæ de hoc mundo.

¶ Occurre illi, Domina, et suscipe eam.

¶ Esto illi scala ad regnum cælorum.

¶ Et iter rectum ad paradisum Dei.

¶ Domine, exaudi orationem.

¶ Et clamor meus.

Oremus.

*Oratio.*

Deus, qui in sinu Beatissimæ Virginis MARIE requiescere dignatus es: da, quæsumus, nobis, ipsâ intercedente, ut inimici per noctem devitemus insidias, et tu sis nostra quies, et tutum presidium. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritûs Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. ¶. Amen.

¶ Domine, exaudi. ¶. Et clamor meus ad te veniat.

¶ Benedicamus Domino. ¶. Deo gratias.

*Benedictio.* Benedicat et custo-

diat nos Virgo MARIA, Mater Dei Filii, Filia Dei Patris, et Sponsa Dei Spiritûs Sancti. ¶. Amen.

*Nunc statim dicitur una ex antiphonis pro temporis opportunitate, quæ ponuntur in fine Psalterii, et post antiph. Pater, Ave, Credo.*

*Hoc modo dicitur quotidiè Completorium mutatis tantùm Psalmis, qui in singulis Feriis propriè inveniuntur, cum sud antiph. Quod observatur etiâ in festis.*

*Antiph. ad Nunc dimittis. In diebus infra hebdomadam, loco Custodi nos. dicitur hæc quæ sequitur.*

Sub tuum presidium confugimus, Sancta Dei Genitrix: nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed à periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriosa et benedicta.

*Temp. Paschali et vitæ gloriose additur Alleluia, Alleluia.*

*In solemnitatibus Duplic. 1. Classis, Completorium dicitur omnino ut in Dominica tam post prim. quam post secund. Vesper. In duplicibus vero 2. Clas. Complet. de Dom. dicitur tantùm post prim. Vesper. Post secund. autem Psalm. Compl. dicitur de fer. occur, ut in aliis Dupl.*

## FERIA II.

## AD MATUT.

Ave.

¶ Domine, labia. ¶. Et os meus.

¶ Deus, in ad. &c.

*Invitatorium.* Christum MARIE Filium. \* Venite, adoremus. *Psalm. invit.* Venite exultemus. p. 1.

HYMNUS 9. *Apud de Benedict.*

Ave, suprema Virginum,

Magni Parentis Filia,

Et Sponsa sacri Flamini,

Christique Mater inclita.

Vestita sole fulgido,  
Quæ calce lunam subteris:  
Et cincta stellis tempora.  
Splendescis intra regiam.

Tu Mosis arca mystica,  
Suave manna continens:  
Tu clausus hortus undiquè,  
Turrisque munitissima.

Tu fortitudo Martyrum,  
Decusque Confitentium:  
Tu Virginum pulcherrima,  
Regina cælo presides.

A te, Parens mitissima,  
Opem gentes poscimus:  
Dulcem præcare Filium,  
Ut nostra tollat crimina.

## DOZOL. de tempore.

*Sequentes novem Psalmi dividuntur in tres nocturnos, quando fit officium novem lection. In officio simpliciter et feriale dicuntur per modum unus nocturni cum tribus antiphonis interpositis per annum, et cum unâ tantùm tempore pasch. Idem est observandum in aliis feriis.*

*Per ann. ant.* Tibi debetur.

*Temp. pasch. ant.* Circumdediti.

## PSALM. 6.

Domina, ne infurore Dei sinas corripi me: \* neque in irâ ejus judicari.

Propter honorem nominis tui, Domina, \* propitietur nobis gloriosus fructus ventris tui.

De portâ inferi, et de ventre abyssi \* tuis sanctis precibus libera nos.

Aperiantur nobis januæ sempiternæ, \* ut enarremus in æternum mirabilia tuâ.

Quia non mortui, neque qui in inferno sunt landabunt te, Domina: \* sed qui tuâ gratiâ vitam æternam obtinebunt.

## PSALM. 9.

Confitebor tibi, Domina, in toto corde meo: \* et narabo in populis laudem et gloriam tuam.

Tibi enim debetur gloria, \* et gratiarum actio, et vox laudis.

Invenient gratiam peccatores apud Deum, \* per te inventricem gratia et salutis.

Respirent ad indulgentiam humiles penitentes: \* sana contritiones cordis tuarum.

In pulchritudine pacis et requie opulenta, \* cibabis nos post laborem peregrinationis nostrae.

PSALM. 11.

Salvum me fac, Mater pulchræ dilectionis: \* fons clementiae, et dulcor pietatis.

Girum terræ sola circumis, \* ut subvenias invocantibus te.

Pulchræ sunt viæ tuæ: \* et semitæ tuæ pacificæ.

In te refugit species castitatis, \* lumen justitiæ, et splendor veritatis.

Amicta solari lumine velut vestimento: \* duodecim stellarum coronâ rutilas radianti.

Per ann. ant. Tibi debetur gloria, et gratiarum actio, et vox laudis. ant. Esto.

PSALM. 13.

Dixit insipiens persequarî nos in corde suo: \* adversarî, et comprehendam et interficiam eum manus mea.

Exurge, Domina, et præveni eum, et supplantâ eum: \* destrue omnes conatus illius.

Tuam pulchritudinem sol et luna mirantur: \* tibi angelicæ potestates serviunt et famulantur.

Tuo tactu lenissimo sanantur infirmi: \* tuo odore roseo mortui reviviscunt.

Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, \* in tua se clausit viscera factus homo.

PSALM. 17.

Diligam te, Domina cœli et terræ: \* et in genibus nomen tuum invocabo.

Confitemini illi tribulati corde: \* et roborabit vos contra inimicos vestros.

Stilla nobis, Domina, gratiam uberum tuorum, \* et manante lacte dulcedinis tuæ refice viscera puerorum tuorum.

Religiosi omnes honorate illam: \* quia ipsa est adiutrix, et vestra specialis advocata.

Eslo refrigerium nostrum, gloriosa Mater Christi: \* quia tu es totius religionis mirabile firmamentum.

PSALM. 20.

Domina, in virtute tuâ lætabitur cor nostrum, \* et in dulcedine nominis tui consolabitur anima nostra.

De sedibus tuis mitte nobis sapientiam, \* per quam in omni veritate dulciter lætremur.

A carnalibus desideriis concede gratiam abstinendi: \* ut lumen gratiæ in nostris cordibus oriatur.

Quam dulcia diligentibus te eloquia tua, Domina, \* quam suaves sunt cogitationes tuæ.

Gloriam et honorem psallam tibi: \* et in nomine tuo glorificabor in sæculum.

Per ann. ant. Esto refugium nostrum, et consolabitur anima nostra. ann. Dilexi.

PSALM. 25.

Judica me, Domina, quoniam ab innocentia meâ digressus sum: \* sed quia speravi in te, non infirmabor.

Ure cor meum igne amoris tui: \* et cingulo castitatis restringe renes meos.

Quoniam misericordia tua et clementia tua ante oculos meos: \* et delectatus sum in voce laudis tuæ.

Domina, dilexi decorem faciei tuæ: \* et veneratus sum suavem majestatem tuam.

Confitemini nomini ejus, quoniam sanctum est: \* enarrentur in

sæculum mirabilia ejus.

PSALM. 27.

Ad te, Domina, clamabo, et exaudies me: \* in voce laudis tuæ vivificabis me.

Miserere mei in die angustiarum mearum: \* et in luce veritatis tuæ libera me.

Benedicta sis, ô Domina mea, \* in finibus omnibus orbis terræ.

Sanctuarium, quod firmaverunt manus tuæ, \* est sanctum templum corporis tui.

Conscientia tua munda, et immaculata est: \* locus propitiationis et habitaculum sanctum.

PSALM. 32.

Exultate justi in Virgine MARIA: \* et in rectitudine cordis collaudate eam.

Accedite ad eam cum reverentia et devotione: \* et delectetur cor vestrum in salutatione ejus.

Impendite illi sacrificium laudis: \* et inebriamini ab uberibus dulcedinis illius.

Inluit enim vobis radios suæ pietatis: \* et clarificabit vos fulgore misericordiæ suæ.

Suavissimus est fructus illius: \* in ore et corde sapientis dulcescit.

Per ann. ant. Dilexi, Domina, decorem faciei tuæ.

Per ann. y. Accedite ad eam, et illuminamini.

y. Et facies vestra non confundetur.

In ado. y. Benedicta tu in mulieribus.

y. Et benedictus fructus ventris tui.

Temp. pasce. ant. Circumdedisti me lætitiâ, Domine, alleluia, alleluia.

y. In resurrectione Christi, alleluia.

y. Virgo MARIA lætata est, alleluia.

Deinde leguntur tres lectiones, quæ suis in locis assignantur pro temporis diversitate.

Absolutio. Exaudi, Domina.

Benedictiones: tres primæ, quæ ponuntur pro I. Noct. Dom. p. 3.

AD LAUDES.

y. Deus, in ad. y. &c.

Per ann. ant. Liquore tuo.

Temp. pasce. ant. Alleluia.

PSALM. 38.

Dixi: custodiâ vias meas, ô Domina: \* cum per te gratia Christi fuit data.

Liquore tuo liquefactum est cor meum: \* amore tuo inflammata sunt viscera mea.

Exaudi orationem meam, Domina, et deprecationem meam: \* et contabescant adversarii mei.

Miserere mei de cœlis, et de altitudine throni tui: \* et ne permittas me in valle miseriæ conturbari.

Custodi pedem meum, ne labatur: \* et in fine meo sit præsens gratia tua.

Per ann. ant. Liquore tuo liquefactum est cor meum. ant. Sancta.

PSALM. 42.

Judica me, Domina, et discerne causam meam de gente perversâ: \* à serpente maligno et dracone pestifero libera me.

Sancta fecunditas tua disperdat eum: \* beata virginitas tua conterat caput ejus.

Sanctæ preces tuæ corroborent nos contra draconem: \* sancta merita tua exaniant virtutem ejus.

Persecutorem animæ meæ mitte in abyssum: \* puteus infernalis deglutiat eum viventem.

Ego autem, et anima mea in terrâ captivitatis meæ benedicam nomen tuum: \* et conglorificabo te in sæcula seculorum.

Per ann. ant. Sanctæ preces tuæ corroborent nos contra draconem. ant. Clarifica me.

PSALM. 66.

Deus misereatur nostri, et benedi-

cat nobis: \* per illam quæ eum genuit.

Miserere nostri, Domina, et ora pro nobis: \* in sanctam lætitiã convertè mositã nostram.

Illumina me, stella maris: \* clarificame, Virgo clarissima.

Extingue ardorem noxiũ cordis mei: \* refrigera me gratiã tuã.

Protegal me semper gratiã tuã: \* præsentia tua illustret finem meũ.

Per ann. ant. Clarifica me, Virgo clarissima. ant. Ecce Domina.

Temp. pasc. ant. Alleluia, alleluia, alleluia.

## CANTICUM 4.

S. Bonaventuræ instar illius Isaie. c. 12.

Confitebor tibi, Domina: \* quoniam per te placatus est mihi Dominus, et consolatus est me.

Ecce Domina salvatrix mea: \* fidualiter agam in te, et non timebo.

Quia fortitudo mea, et laus mea in Domino tu es: \* et facta es mihi in salutem.

Hauriam aquas in gaudio de rivulo: \* et semper invocabo nomen tuum.

Notas facite in populis virtutes Domine nostræ: \* quia excelsum est valde nomen ejus.

Exulta et lauda, totum genus humanum: \* quia talem dedit tibi mediatricem Dominus Deus tuus.

Per ann. ant. Ecce Domina salvatrix mea, non timebo. ant. Exaltationes.

Temp. pasc. ant. Alleluia, in Domina meã gaudebo semper, alleluia, ant. alleluia.

## PSALM. 149.

Cantate Domine nostræ canticum novum: \* laus ejus in congregatione iustorum.

Lætentur cœli de gloriã ejus: \* insule maris et totus orbis.

Aqua et ignis laudent eam: \* fri-

gus et æstus, splendor et lumen.

Exaltationes ejus in gutture iustorum, \* et laudes ejus in ore triumphantium.

Civitas Dei, jucundare in illã, \* et pro incolis tuis frequenta illi laudem.

Per ann. ant. Exaltationes ejus in cœtu triumphantium.

Temp. pasc. ant. Alleluia, alleluia.

## CAPITULUM. Ecl. e. 24. 46.

Et radicavi in populo honorificatio, et in parte Dei mei hæreditas illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea.

## HYMNUS 10. Santeuil.

Quis te canat mortalium, Virgo Dei puerpera?

Adeste, puri spiritus, Vestri sit illud numeris.

Quis inter augustissima

Mentis tuæ sacraia,

Dotes quis involvet tuas

Et territus non hæreat?

Dic, Virgo, quæ vis traxerit

Patri coævum Filium

Ab hujus æterni sinu

Mortalis in Matris sinum?

Ad hos honorum te gradus

Non efferet simplex fides,

Non vaginalis te pudor,

Nec igne fervens charitas.

Sed quæ sibi nunquam placet,

Doco placens modestia:

Quã jam tibi sis vilior,

Hæc digna sis Mater Dei.

Quãm celsa, quæ se deprimit

Altum Tonantem deprimet!

In te sui jam non memor

Descendit cœlo Deus.

Doxologia de tempore.

Per ann. y. Ora pro nobis, Sancta Dei Genitrix.

y. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

In adv. y. Rorate cœli desuper, et nubes pluani justum.

y. Aperiaturn terra, et germinet Salvatorem.

In præg. y. Veritas de terrã orata est.

y. Et justitia de cœlo prospexit.

Ad. Benedict. ant. Tu MARIA, propheta Dei vocaberis, quia respexit Deus humilitatem tuam.

Proces, ut in fine Psalterii, Oratio de Dom. præcedenti, et suffragia Sanctorum.

Temp. pasc. y. Regina cœli, lætare, alleluia.

y. Quia surrexit Filius tuus, alleluia.

Ad. Benedict. ant. Surrexit Christus, et apparuit Matri suæ, alleluia, alleluia.

Oratio de Dom. præc. quod semper observatur in fer. Off.

Horæ dicuntur quotidie, prout notatum est in Dominica.

## AD VESPERAS.

Ave. y. Deus, in adj. y. Dom. ad. &c.

Per ann. ant. Splendor. Temp. pasc. ant. Alleluia.

## PSALM. 23.

Domini est terra et plenitudo ejus: tu autem, sanctissima Mater, cum eo regnas in æternum.

Gloriam et decorem induisti: \* omnis lapis pretiosus amictus, et operimentum tuum.

Splendor solis super caput tuum, \* lunaris pulchritudo sub pedibus tuis.

Sidera micantia ornant sedile tuum: \* astra te glorificant jugiter matulina.

Memento nostri, Domina, in beneplacito tuo: \* et fac nos dignos glorificandi nomen tuum. ant. Splendor solis super caput tuum. ant. Dignare.

## PSALM. 24.

Ad te, Domina, levavi animam meam: \* in iudicio Dei tuis preci-

bus non erubescam.

Neque illudant mihi adversarii mei: \* in te enim præsumentes, de te roborantur.

Non prævaleant adversum me laquei mortis: \* et castra malignantium non impediunt gressus meos.

Collide impetum eorum in virtute tuã: \* et cum mansuetudine occurre animæ meæ.

Ductrix mea esto ad patriam: \* et me cœtui angelorum digneris aggregare.

Ant. Dignare me cœtui angelorum aggregare. ant. Sit manus tua.

## PSALM. 28.

Afferre Domine nostræ, filii Dei: \* afferre Domine nostræ laudem et reverentiam.

Da virtutem nobis, Mater sancta, \* et benedictionem laudantibus aique glorificantibus te.

Exaudi genitus suspirantium ad te: \* et ne spernas vota invocantium nomen tuum.

Sit manus tua ad succurrendum mihi parata: \* et auris tua intendens ad deprecationem meam.

Benedicant tibi cœli et terra: \* mare et orbis terrarum.

Ant. Sit manus tua ad succurrendum mihi parata. ant. Suntille.

## PSALM. 33.

Benedicam Domina, in omni tempore: \* et non deficiet laus ejus in ore meo.

Magnificate eam mecum: \* omnes qui impinguiti estis lacte devotionis ejus.

In periculis, in rebus dubiis invocate eam: \* et in necessitatibus invenietis auxilium et refrigerium dulces.

Sumite exemplum conversationis ejus: \* et æmulamini studia charitatis et humilitatis illius.

Quia ergo, Domina, humillima fuisti: \* verbum increatum ex te car-

nem suscipere coegisti.

*Ant.* Sumile exemplum conversationis ejus. *ant.* In cubili meo.

PSALM. 54.

**E**xaudi, Domina, orationem meam: et ne contemnās deprecationem meam.

Confristatus sum in cogitatione meâ: quia judicia Dei perterriturunt me.

Tenebræ mortis venerunt super me: et pavor inferni horribiliter invasit me.

Ego autem in solitudine expecto consolationem tuam: et in cubili meo attendo misericordiam tuam.

Glorifica manum et dexterum brachium tuum: et prosternantur in nobis inimici nostri.

*Ant.* In cubili meo attendo misericordiam tuam.

*Temp. pasc. ant.* Alleluia, alleluia, alleluia.

CAPITULUM. *Ecl.* 24. 17.

Quasi cedrus exaltata sum in Libano, et quasi cypressus in monte Sion: quasi palma exaltata sum in Cades, et quasi plantatio rosæ in Jericho.

HYMNUS 11. *Santeuil.*

O quæ polo sublimior  
Regina cæli diceris!

Nos è supernis sedibus,  
MARIA clemens, aspice.

Christus sibi, quos eligit  
Fratres, adopta filios:

Et matris in nos viscera  
Mitesque vultu indue.

Quid à Deo non obtines  
Supplex tuum per Filium,

Quem virginali victimam  
Offers placentem dextera?

Confissa tanto pigrore  
Ama favere noxiis

A te dato quos sanguine  
Tuos redemit Filius.

Fac, Virgo, nostris castitas  
Intacta regnet cordibus,

Vitaque puræ criminum  
Sit mors beata terminus.

*Doxolog. de tempore.*

*Per ann. v.* Vultum tuum deprecabuntur.

*v.* Omnes divites plebis.

*In adv. v.* Prophetæ prædicaverunt.

*v.* Nasci Salvatorem de Virgine MARIA.

*In purper. v.* Veritas de terrâ orta est.

*v.* Et iustitia de cælo prospexit.

*Temp. pasc. v.* Gaude et lætare, Virgo MARIA, alleluia.

*v.* Quia surrexit Dominus verè, alleluia.

*Ad.* Magnificat *ant.* Fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen ejus.

*Temp. pasc. ad.* Magnif. *ant.* Congratulamini mihi omnes, qui diligitis me, alleluia, quia ipse, quem expectabam, apparuit mihi, allel.

*Preces, oratio et sufrag. ut in fine Psalterii.*

#### AD COMPLET.

*v.* Convertite *v.* Et averte, *v.* Deus, in ad. &c. *ant.* Gratiusus. *Temp. pasc. ant.* Alleluia.

PSALM. 83.

Quàm dilecta tabernacula tua, Domina virtutum! quàm amabilia tentoria requietionis tue!

Honorate illam peccatores: et impetrabi vobis gratiam et salutem.

Super thus et balsamum oratio ejus, incensum spiritus tuus: non revertentur vacua, nec inanes.

Intercede pro me, Domina, apud Christum tuum: nec derelinquas me in vitâ, nec in morte.

Benignus est enim spiritus tuus: gratia tua replet orbem terrarum.

PSALM. 86.

Fundamenta vitæ in animâ justî: \*

perseverare in charitate usque in finem.

Misericordia tua relevat pauperem in adversitate: et invocatio tui nominis immittit ei confidentiam bonam.

Miserationibus tuis repletur paravidus: et à terrore tuo hostis confunditur infernalis.

Qui sperant in te, inveniunt thesauros pacis: et qui te non invocant in hac vita, non perveniunt ad regnum Dei.

Fac, Domina, ut vivamus in gratiâ Spiritus Sancti: et perdue animas nostras ad sanctum finem.

PSALM. 88.

Misericordias tuas, Domina: in sempiternum decantabo.

Unguento pietatis tuæ medere contritos corde: et oleo misericordiae tuæ refove dolores nostros.

Gratiusus vultus tuus mihi appareat in extremis: formositas faciei tuæ lætificet egredientem spiritum meum.

Excita spiritum meum ad amandam bonitatem tuam: excita mentem meam ad extollendam nobilitatem et pretiositatem tuam.

Libera me ab omni tribulatione malâ: et ab omni peccato custodi animam meam.

*Ant.* Gratiusus vultus tuus lætificet egredientem spiritum meum.

*Temp. pasc. ant.* Alleluia, alleluia, alleluia.

*Reliqua ut in die Dominicæ, quod quotidie observatur, pag. 18.*

### FERIA III.

#### AD MATUTIN.

Ave. *v.* Dom. lab. *v.* Et os. *v.* Deus, in adj. &c.

*Invitator.* Qui manè vigilat ad me, inveniunt me.

*Psal. invit.* Venite exultemus. p. 1.

HYMNUS 12. *S. Anselm.*

Lux, quæ lucet in tenebris,  
Ex alvo nata Virginis,  
Nostram noctem nos exue,  
Tuumque diem indue.

MARIA, Dei thalamus,  
Pose te venerantibus,  
Virtutibus ut splendeant,  
Quos reatus obtenebrant.

O mundo venerabilis,  
Virgo Mater mirabilis:  
MARIA plena gratiâ,  
Ora pro nobis miseris.

Quæ genuisti Filium,  
A summo Patre genitum:  
Per hæc tua nos merita  
A lapsu mortis libera.

*Doxolog. de temp.*

*Ant.* Confitemini. *Temp. pasc. ant.* Dextera.

PSALM. 13.

Conserva me, Domina, quoniàm speravi in te: mihi quæ tuæ stillidiae gratiæ impertire.

Alvus tuus virginalis et viscera tua Filium Dei altissimi genuerunt.

Benedicta sint ubera tua, quibus lacte deifico Salvatorem enutristi.

Confitemini laudes Virgini gloriosæ: quicumque apud eam gratiam et misericordiam invenistis.

Date magnificentiam nominis ejus: et collaudate in sæculum conceptum, atque partum ejus.

PSALM. 16.

Exaudi, Domina, justitiam meam et amorem: amove à me tribulationem meam.

Confitebor tibi in voce exultationis: cum magnificaveris super me misericordiam tuam.

Imitami eam sanctæ virginis Dei: ut imitate sunt Agnes, Barbara, Dorothea, et Catharina.

Honorificate eam in voce labiorum vestrorum: per hoc ejus gratiam Agatha, Lucia, Margarita et

Cæcilia susceperunt.

Spœcium dabit vobis Patris Filium: \* et de paradisi liliis coronam incomparabiliter radiantem.

PSALM. 18.

Cœli enarrant gloriam tuam \* et unguentorum tuorum fragrantia in gentibus est dispersa.

Respirate ad illam perdidit peccatores, \* et perducet vos ad indulgentia portum.

In hymnis, et psalmis, et canticis pulsate viscera ejus; \* et stillabit vobis gratiam dulcedinis suæ.

Glorificate eam, sicut ante thorum Dei: \* quia fructu ventris ejus justitiam estis operati.

Laudate eam cœli cœlorum: \* et nomen ejus glorificet omnis terra.

Ant. Confitemini laudes Virgini gloriose. ant. Benedicta.

PSALM. 19.

Exaudi nos, Domina, in die tribulationis: \* et precibus nostris converte elementem faciem tuam.

Ne proicias nos in tempore mortis nostræ: \* sed succurre animæ, cum deseruerit corpus suum.

Mitte angelum in occursum ejus: \* per quem à malignis hostibus defendatur.

Ostende ei serenissimum Judicem sæculorum: \* qui ob tui gratiam indulgentiam ei largiatur.

Sentiat in penis refrigerium tuum: \* et concede ei locum inter electos Dei.

PSALM. 21.

Deus, Deus meus: \* respiciat in me meritis suis Virgo semper MARIA.

Domina mea, clamavi ad te per diem et noctem: \* et fecisti cum servo tuo misericordiam tuam.

Quia ego speravi in misericordiâ tuâ: \* sempiternum à me opprobrium abstulisti.

Deriserunt me inimici mei undiquè: \* tu autem sub umbrâ manû

tue contulisti mihi refrigerium bonum.

Adorent te familie gentium: \* et glorificent te omnes ordines angelorum.

PSALM. 22.

Dominus regit me, Virgo Dei genitrix: \* quia tu amabilem vultum ejus ad me convertisti.

Benedicti sunt oculi tui splendissimi: \* quos digneris convertere super nos peccatores.

Benedictum sit lumen et splendor faciei tuæ: \* benedicta sit gratia vultus tui.

Benedicta sit misericordia manuum tuarum: \* benedicta sit emanatio virginie lactis tui.

Benedicent te Apostoli, et Prophetæ Dei: \* Martyres, et Confessores et Virgines psallant tibi.

Ant. Benedicta sit gratia vultus tui. ant. Gloria.

PSALM. 26.

Domina, illuminatio mea sit splendor faciei tuæ: \* et serenitas tuæ gratiæ refulgeat menti meæ.

Exalta caput meum, et ego psallam: \* psalium nonini tuo decantabo.

Ne avertas faciem tuam à me: \* quia speciem et decorem tuum à juventute meâ concupivi.

Te amavi et exquisivi, Regina cœlorum: \* misericordiam tuam et gratiam tuam ne subtrahas à servo tuo.

Confitebor tibi in nationibus: \* et thronum gloriæ tuæ glorificabo.

PSALM. 29.

Exaltabo te, Domina, quoniam suscepisti me: \* ab iniquo adversario meo liberabis me.

Convertere ad me, et vivifica me, et de portis mortis reduce me: \* et de fluctibus tribulationum quæ circumdederunt me.

Propter imperium et magnificen-

Gloria. Alleluia vel Laus. ant. In tuâ. Temp. pasc. ant. Alleluia.

PSALM. 34.

Judica, Domina, nocentes me: \* et contra eos exurge, et judica causam meam.

Anima mea in te lætabitur: \* et tuis beneficiis devotus exultabo.

Gratiâ et dulcedine tuâ pleni sunt cœli et terra: \* undiquè tuis beneficiis irretisti nos.

Quocumquè enim pergitur, \* occurrit nobis diffusio tui ulteris virginalis.

Curramus ergo, carissimi, et ita nobilem et dulcissimam Virginem salutemus: \* ut in suæ dilectionis gremio quiescamus.

Ant. In tuâ misericordiâ requiescam. ant. Inclina.

PSALM. 35.

Dixit injustus, ut peccet in abscondito \* per se à malo proposito: discedat Mater Dei.

Inclina vultum Dei super nos: \* eoge illum peccatoribus misereri.

Domina, in cœlo misericordia tua: \* et gratia tua diffusa est super terram.

Potentia et virtus in brachio tuo: \* robur et fortitudo in dextera tuâ.

Benedictum sit imperium tuum super cœlos: \* benedicta sit magnificentia tua super terram.

Ant. Inclina vultum Dei super nos. ant. Delectamini.

PSALM. 36.

Noli æmulari in malignantibus, Domina: \* furorem eorum dulcifica per gratiam tuam.

Sperate in illâ religiosi et claustrales: \* confidite in illâ clerici et sæculares.

Delectamini in laudibus illius: \* et exaudiet petitiones cordis vestri.

Melius est modicum cum gratiâ illius, \* quam thesauri argentei, et lapides pretiosi.

tiam dexteræ tuæ: \* confere et disipa omnes adversarios meos.

Et ego offeram tibi sacrificium laudis: \* et gloriam tuam devotius exaltabo.

Exultate cœli, et jucundare terra: \* quia consolatur MARIA servus suos, et pauperum suorum miserabitur.

PSALM. 31.

Beati, quorum corda te diligunt, Virgo MARIA: \* peccata ipsorum à te misericorditer diluuntur.

Sancta, casta, et florifera ubera tua, \* quæ florem viriditatis perpetuæ eruperunt.

Decor pulchritudinis tuæ corruptionem non videbit: \* et vultus tui gratia in æternum non marescet.

Benedicta tu, Virgo Jesse sublimis: \* quæ te usque ad sedentem in thronum dilatasti.

O Virgo Regina! ipsa es via, \* per quam nos salus de supernis sedibus visitavit.

Ant. Gloriam tuam devotius exaltabo.

ÿ. Accedite ad eam, et illumina mini.

ÿ. Et facies vestra non confundelur.

In ado. ÿ. Benedicta tu in mulieribus.

ÿ. Et benedictus fructus ventris tui

Temp. pasc. ant. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me, alleluia.

ÿ. In resurrectione tuâ, Christe, alleluia.

ÿ. Virgo MARIA lætata est, alleluia.

Deinde leguntur Lectiones cum ÿÿ. hinc ferie propriæ pro temporis opportunitate.

Absolutio. Ipsius pietas.

Benedictiones, tres ille quæ positæ sunt in 2. Nocturno Dominicæ.

AD LAUDES.

ÿ. Deus, in adj. ÿ. Dom. ad adj.

Gloria semper tibi, ô Regina cœlorum: \* et in illo tempore noli nos oblivisci.

*Ant.* Delectamini in laudibus illius. *ant.* Pater meus.

*Temp. pasc. ant.* Vicit lea, alleluia, alleluia. *ant.* Alleluia.

## CANTICUM 3.

*S. Bonae. ad instar illius Zachariae Isai. 38.*

Ego dixi circa dimidium dierum meorum: \* vadam ad MARIAM, ut me Christo reconciliet.

Quæsi residuum annorum meorum: \* in amaritudine animæ meæ.

Generatio mea ablata est, quia Pater et Mater, et omnia derelinquerunt me: \* MARIA autem assumpsit me.

Sperabam in illâ manè, serò et meridie: \* quasi leo sic contrivit omnia ossa peccatorum meorum.

Et tu, Domina, eruisi animam meam, ut non periret: \* et de manu canis unicum meam.

Domina, salvum me fac: \* et laudes tuas cantabo omnibus diebus vite meæ.

*Ant.* Pater meus derelinquit me: MARIA autem assumpsit me. *ant.* Glorificate.

*Temp. pasc. ant.* Vicit leo, alle. de tribu Juda, alle. *ant.* Alleluia.

## PSALM. 118.

Laudate Dominam nostram de caelis: \* glorificate eam in excelsis.

Laudate eam omnes homines et iumenta: \* volucres cœli et pisces maris.

Laudate eam sol et luna: \* stellæ et circuli planetarum.

Laudate eam Cherubim et Seraphim: \* Throni, et Dominationes, et Potestates.

Laudate eam omnes legiones Angelorum: \* laudate eam omnes ordines spirituum supernorum.

*Ant.* Glorificate eam in excelsis.

*Temp. pasc. ant.* Alleluia, alle. alleluia.

CAPITULUM. *Eccl. 24. 20.*

Sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

HYMNUS 13. *S. Anselm.*

Præfulgens sol iustitiæ  
Ortus de sacrâ Virgine,  
Splendore tuo noxias  
Nostras illustra tenebras.

Orientis castissima  
Mater, fac nobis, Domina,  
Vila prorsus ut decidat  
Vetus, nova proficiat.

Dei Mater, ô Domina,  
Nostraque Mater inclyta:  
Emunda nos à vitiiis,  
Et orna sanctis meritis.

O Genitrix Altissimi,  
Sublimis tantâ gratiâ:  
Per tua sacra merita  
Dele nostra peccamina.

*Doxolog. de temp.*

*Per ann. y.* Ora pro nob. *y.* Ut digni effie.

*In adv. y.* Rorate cœli des. *y.* Aperiat terra.

*In puerp. y.* Veritas de ter. *y.* Et iustitia de cœl.

*Ad Benedict. ant.* De manu omnium, \* qui nos oderunt, pacem nobis tribue.

*Preces, Oratio de Dom. præced. suffrag. Sanctor.*

*Temp. pasc. y.* Regina cœli, læt. *y.* Quia surrexit &c.

*Ad Benedict. ant.* Quem meruisti portare, Domina, resurrexit, sicut dixit, alle. alle.

## AD VESPER.

*Ave. y.* Deus, in adj. &c.

*Ant.* Spes nostra. *Temp. pasc. ant.* alleluia.

## PSALM. 37.

Domina, ne in furore tuo arguat me

Domini: \* nobis veniam obtine de peccatis.

In conspectu tuo sit omne desiderium nostrum: \* spes nostra, et confidentia nostra.

Cor meum conturbatum est in me: \* recedit lux de visceribus meis.

Illumina splendore tuo cæcitate meam: \* dulcifica dulcore tuo conturbationem meam.

Ne derelinquas nos, Domina, Mater Dei: \* gratia tua, et virtus sit à dextris meis.

*Ant.* Spes nostra, et confidentia nostra tu es. *ant.* Exaudisti.

## PSALM. 39.

Expectans expectavi gratiam tuam: et fecisti mihi secundum multitudinem misericordiæ nominis tui.

Exaudisti preces meas: \* et eduxisti me de lacu miseriæ et de foveâ inimici.

Multa et mirabilia sunt dona tua, Domina: \* incomparabilia sunt numerâ gratiarum tuarum.

Exultent, et lætentur super te omnes qui diligunt te: \* qui oderunt nomen tuum, corruant in infernum.

Benedicta sis in æternum, Domina: \* in sæculum et in sæculum sæculi.

*Ant.* Exaudisti, Domina, preces meas. *ant.* Te cupit.

## PSALM. 40.

Beata MARIA intelligi super egenum, et pauperem: \* in ejus laudibus perseverantem.

Domina angelorum, Regina mundi: \* munda cor meum igne amoris et charitatis tuæ.

Tu es mater illuminationis cordis mei: \* tu es nutritrix refovens mentem meam.

Te cupit os meum collaudare: \* te affectat mens mea affectissimè venerari.

Te desiderat anima mea exorare: \* quia tuitioni tuæ se commenda-

dat tota substantia mea.

*Ant.* Te cupit os meum collaudare. *ant.* Accendatur.

## PSALM. 41.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: \* ita \* ad amorem tuum anhelat anima mea.

Quia tu es genitrix vite meæ: \* et alitrix Reparatoris carnis meæ.

Quia tu es lactatrix Salvatoris animæ meæ: \* initium et finis totius salutis meæ.

Exaudi me, Domina, et munden- tur sordes meæ: \* illumina me, Domina, et illustrentur tenebræ meæ.

Accendatur amore tuo tepor meus: \* gratiâ tuâ expellatur torpor meus.

*Ant.* Accendatur amore tuo tepor meus. *ant.* Ineffabilia.

## PSALM. 43.

Domina, auribus nostris audivimus: \* patres nostri annuntiaverunt nobis.

Quia ineffabilia sunt merita tuæ: \* et valde stupenda mirabilia tuæ.

Domina, innumerabiles sunt virtutes tuæ: \* et inestimabiles misericordiæ tuæ.

Exulta anima mea, et lætare in illâ: \* quia multa bona sunt laudatoribus præparata.

Benedicta sis, Regina cœlorum et angelorum: \* et benedicantur à Deo laudatores magnificentiæ tuæ.

*Ant.* Ineffabilia sunt merita tua, Domina.

*Temp. pasc. ant.* Alleluia, alle. alleluia.

CAPITULUM. *Eccl. 24. 21.*

Quasi storax, et galbanus, et ungula, et quasi libanus non incisus vaporavi habitationem meam, et quasi balsamum non mistum odor meus.

*HYMNUS 14. S. Anselm.*

Sol casto nasens intero,  
Vesperascente sæculo,

Illustra nos perpetuo,  
Ne declines in vesperè.

Eterni solis Genitrix,  
Tuis hoc sanctis meritis  
Age, quo perpes maneat  
Nobis, nec unquam decidat.

Mater diè perpetis  
Obsiste nostris tenebris,  
Ne lucem nobis dissipet,  
Et nos delictis implicet.

O Virgo lux indesinens,  
Jugi nos fove lumine:  
O Mater nostra, dissipa  
Culpæque noctem remove.

*Doxolog. de tempore.*

*Per ann. y.* Vultum tuum.

ñ. Omnes div.

*In adv. y.* Prophetæ præd.

ñ. Nasci salv.

*In puerp. y.* Veritas de ter.

ñ. Et iustitia.

*Ad. Magnific. ant.* Ecce enim  
ex hoc beatam me dicent omnes ge-  
nerationes.

*Preces et suff. Sanctor. ut in fine  
Psalteri.*

*Temp. pasce. y.* Gaude et læt.

ñ. Quia surrex.

*Ad. Magnif. ant.* Magnificate  
Dominum meum, et exaltemus no-  
men ejus in idipsam, alleluia, alle-  
luia, allel. *Oratio de Dom. præced.*

#### AD COMPLET.

*y.* Convertè. ñ. Et averte. *y.* Deus,  
in adj. &c. *ant.* Beneficiis. *Temp.  
pasce. ant.* Alleluia.

PSALM. 44.

Fructuaverit cor meum verbum ho-  
num, Domina: \* cum rore mellituo  
exiit dilectatum.

Per tuam sanctitatem peccata mea  
purgentur: \* per tuam integritatem  
mibi incorruptibiles condonetur.

Per tuam virginitatem anima mea  
à Christo adamatur: \* et sibi amo-  
ris vinculo sociatur.

Per tuam fecunditatem ego cap-

tivus sum redemptus: \* per tuum  
partum virginèum de morte æterna  
sum eremptus.

Per tuam prolem dignissimam  
perditus sum resitutus: \* et de exi-  
lio miseriam in patriam beatitudinis  
sum reductus.

PSALM. 45.

Domina, refugium nostrum tu es in  
omni necessitate nostrâ: \* et virtus  
potentior contrens inimicum.

Beneficiis tuis plenus est mun-  
dus: \* superant caelestia, penetrant  
et inferna.

Plenitudine gratiæ tuæ quæ in  
inferno erant: \* se lætantur liberata.

Obtentu fecunditatis tuæ virgi-  
neæ, quæ supra mundum sunt: \* se  
gaudent restaurata.

Per gloriosum tuæ virginitatis  
sanctissimæ partum: \* homines an-  
gelorum sunt socii et concives.

PSALM. 46.

Omnes gentes, plaudite manibus: \*  
psallite in jubilo Virgini gloriose.

Quoniam ipsa est janua vitæ,  
porta salutis: \* et via nostræ re-  
conciliationis.

Spes penitentium, solamen lu-  
gentium: \* pax beata cordium,  
atque salus.

Miserere mei, Domina, miserere  
mei: \* quia tu es lux et spes con-  
fidentium in te.

Per tuam salutarem fecundita-  
tatem placeat: \* ut peccatorum ve-  
nia mihi concedatur.

*Ant.* Beneficiis tuis, Domina, ple-  
nus est mundus.

*Temp. pasce. ant.* Alleluia, alle-  
luia, alleluia.

*Reliqua, ut in Dominicâ p. 18.*

## FERIA IV.

#### AD MATUT.

*Ave. y.* Dom. lab. ñ. Et os m.

*y.* Deus, in ad. &c.

*Incitator.* Qui vigilaverit prop-  
ter illum: \* Cito securus erit.

HYMNUS 13. *Salla.*

Nocturna jam silentia

Rumpente gallo, strenui

Rumpamus et nos carmine

Matrem canentes Virginem.

Laudanda nocte est puerpera,

Quæ nocte Filium Dei

Tactus virilis nescia

Conceptit alvo cœlitis.

Quæ nocte Virgo partui

Antica præsens postera

Vitalis infra luminis

Auras eundem protulit.

Quæ nocte molens fugam

Pupo timens theandrico

Ægyptias in dissitas

Oras eundem transtulit.

Quæ cordis haud effabili

Ardore pernos manserat

Orationi Filium

Nocti vacantem prosequens.

Qua dormiente, paucula

Qua parte non insomnibus

Oratione, noctibus

Erat cor ejus pervigil.

*Doxolog. de tempore.*

*Ant.* Virginem. *Temp. pasce. ant.*

Alleluia.

PSALM. 47.

Magna es, Domina, et laudabilis  
valde: \* in civitate Dei cœli, in uni-  
versâ ecclesiâ electorum ejus.

Ascendisti cantantibus angelicis  
choris: \* Archangelis constipata,  
rosis et liliis coronata.

Occurrite illi Potestates, et Prin-  
cipatus: \* obviate ei Virtutes et Do-  
minationes.

Cherubim et Thoni, et Seraphim  
exaltate eam: \* et constitute eam  
à dextris sponsi amantissimi Filii  
ejus.

O quàm læto animo et sereno as-  
pectu suscepisti eam, Domine, \* et  
dedisti ei principatum super omnes  
Dominationes tuas!

PSALM. 48.

Audite hæc omnes gentes: \* auri-  
bus percipite, qui ingredi cupitis  
regnum Dei.

Virginem MARIAM honorate: \*  
et invenietis vitam, et salutem per-  
petuam.

Pauperes servos tuos, Domina,  
\* felici confederatione conjunge  
Christo.

Esuriam parvulorum tuorum \*  
fructu ventris tui refice et sustenta.

Remansisti enim incorrupta post  
partum: \* et inviolata post filium.

PSALM. 49.

Deus Deorum MARLE locutus est \*  
per Gabrielem nuntium suum, di-  
cens:

Ave gratiâ plena, Dominus te-  
cum: \* per te salus mundi repara-  
tur.

Speciem et decorem tuum \* Al-  
tissimi Filius concepivit.

Adorna thalamum tuum, Sion: \*  
prepara te in occursum Dei tui.

Per Spiritum enim Sanctum con-  
cipies: \* tuum partum faciet virgi-  
nem, et pœcundum.

*Ant.* Virginem MARIAM honora-  
te. *ant.* Purifica.

PSALM. 50.

Miserere mei, Domina: \* quæ Ma-  
ter misericordiæ nuncuparis.

Et secundum viscera misericor-  
diarum tuarum \* munda me ab  
omnibus iniquitatibus meis.

Effunde gratiam tuam super me: \*  
et solitam clementiam tuam ne sub-  
trahas à me.

Quoniam peccata mea confitebor  
tibi: \* et coram te me accusso de  
sceleribus meis.

Fructui ventris tui me reconci-  
lia: \* et pacifica me ei, qui me  
creavit.

PSALM. 51.

Quid gloriaris in malitiâ: \* malig-  
ne serpens, draco infernalis?